

PROLEGOMENON

CAPUT I.

De fundamento, Occasio- ne, Scopo, Ortu & progressu Directo- rii Universalis.

Qued titulus, Lector benevole, Tabulis Directio-
num accuratissimi & immortali laude dignissimi
Mathematici REGIOMONTANI præfixus pol-
licetur: quod nimur non tam Astrologia & iudi-
ciaria, quam tabulis instrumentisq; innumeris fabricandis
utiles ac necessariæ sint: id ipsum ego meo loco, puto & alios
suo, verissimum expertus fui. Ac calculum quidem ex ta-
bulis illis aliquandiu non sine animi volupate felicissimè &
expeditissimè institui: verum quād accuratus is est, tam dif-
ficilem, laboriosum, & prolixum, cundem esse, præsertim in
methodo dirigendi, nemo nisi inexpertus ignorat.

Hac dicens minimè secedo in partes LUCÆ GAURICI
EPISCOPI GEOPHONENSIS ET CIVITATENSIS, usi se ap-
pellitat, qui in tomo secundo suorum operum, Astrolo-
giæ prædictivam continente, meritissimum & excellen-
tissimum hunc virum obscuritatis & confusionis, & nescio
eius erroris insimulavit. Sed vah! quantum est discrimin
inter illum Germanum & Italum hunc? Tantum penè, quan-
tum inter MUSAM ET GRACULUM (quod pacetanti Episco-
pi dixerim.) Genus enim hoc ipse suum satis prodit ridiculis
sui